



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCXXXII. ad annum CCCCLI.

**Parisiis, 1644**

I. De Crescentio, quod omnes facultates suas ecclesiae dereliquit, & de  
Octauio seruo Mariniani.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14584**

CONCILIVM ROMANVM

A SIXTO PONTIFICE, AD SVI  
EXPVRGATIONEM, INDICTVM  
ET CONGREGATVM.

*Collectiones Sixti papæ, quas collegit, impetitus  
a Mariniano & Basso.*

CAPITVLA SEQVENTIS PROCESSVS  
HABITI CIRCA SIXTVM PAPAM III.

- |  |  |
|--|--|
| I. <i>De Crescentio, quod omnes facultates suas ecclesie dereliquit, &amp; de Octavio seruo Mariniani.</i> | V. <i>De Valentino imperatore &amp; Sixto episcopo conuenientibus in basilica Heleniana in sefforio.</i> |
| II. <i>De Epiphano, eo quod Bassus prædia eius occupasset.</i>   | VI. <i>De condemnatione Bassi &amp; Mariniani.</i>   |
| III. <i>De ingenuitate Epiphani.</i>   |  |
| IV. <i>De accusatione Sixti episcopi.</i>  |  |

IPSE SIXTVS COLLIGI PRÆCEPIT,  
VALENTINIANO ET ANATOLIO  
VIRIS CLARISSIMIS CONSVLIVS.

CAPVT I.

CAPVT I.

CRESCENTIVS quidam timens Deum, quas ex nobilitate composuerat per annos vitæ suæ, omnes facultates suas ecclesiæ reliquit, in integro fecit ecclesiã, heredemq; instituit. In qua dimisit prædium in partes Sicilia, quod nominatur Argianum, quod præstat solidos septingentos. Huic prædio proxime non longe erat prædium Mariniani. Veniens autem in urbem Romam Octavius feruus

CRESCENTIO quidam timens Deum ex nobilitate, cum poneret annos vitæ suæ, omnes facultates suas ecclesiæ reliquit. In integro fecit ecclesiam heredem atque instituit, in quibus dimisit prædium in parte Sicilia, quod nominatur Argianum, quod præstat solidos septingentos. Latus hoc prædium proxime non longe erat prædium Mariniani. Veniens autem in urbem Romam Octavius feruus



ANNO  
CHRISTI  
435.

Mariniani, & laudauit prædium ecclesiæ. Tunc Marinianus pergit ad episcopum vrbis Romæ Sixtum, & cœpit, rogans, postulare ab eo fundum supradictum ecclesiæ. Respondens Sixtus episcopus vrbis Romæ, dixit: Nihil ex meis reeditibus creuit ecclesiæ. Vnde, carissime fili, pauperum senecta subleuari desiderat, nec veni ecclesiam subuertere. Hoc audito, Marinianus habuit in semetipsum, & discessit ab eo.

CAP. II.

Epiphanius igitur ingenuus ex nobilibus parentibus procreatus & facultatibus. Hic nutritus fuerat, quasi in domo Bassi exconsulis. Litigies ergo inter seruum Bassi & Epiphaniū nascitur euentu. Hic venit ad Sixtum episcopū, & cœpit rogare eum, vt ingenuitas eius seruaretur per ecclesiam. Veniens autem Sixtus episcopus vrbis Romæ ad Bassum, cœperat rogare eum de ingenuitate munimento. Iratus autem Bassus, respondit ad Sixtum episcopum: Nemo enim iudicauit dominum in consilio serui. Nam & misit, & vniuersa prædia eius occupauit.

uus Mariniani, intimauit ei Mariniano, & laudauit prædium ecclesiæ. Tunc Marinianus pergit ad episcopum vrbis Romæ Sixtum, & cœpit rogans postulare ab eo fundum supradictum ecclesiæ. Respondens Sixtus episcopus vrbis Romæ, dixit: Nihil ex meis reeditibus creuit ecclesiæ. Vnde, carissime fili, pauperum senecta subleuari desiderat, & ecclesiam non subuertere. Hoc audito, Marinianus habuit in semetipsum, & discessit ab eo.

CAP. II.

Epiphanius igitur ingenuus ex nobilibus parentibus procreatus est, & facultatibus hic nutritus est, fuerat quasi in domo Bassi exconsule. Litigies ergo inter seruum Bassi & Epiphaniū nascitur. Euentus hic venit ad Sixtum, & cœpit rogare eum, vt ingenuitas eius seruaretur per ecclesiam. veniens autem Sixtus vrbis Romæ ad Bassum, cœpit rogare eum de ingenuitatis munimento. Tum iratus autem Bassus, respondit ad Sixtum episcopum: Nemo enim iudicabit dominum in consilio sequi. Nam & misit, & vniuersa prædia occupauit.